omnium et singulorum bonorum suorum Mobilium et Immobilium
haereditariorum et obligatoriorum quorumcunque quocunque nomine praecenseantur
nunc habitorum et in post habendorum et acquirendorum necnon auri
argenti clenodiorum, vestium vestimentorum pecudum pecorum equi-
orum equorum ... substantiae et supellectilis domesticae ...
procam et mutuam durabilitatem et usumfructum ad extremam dierum
taxat sui Rengatorum tempore ... et conceduntur tali ulti-
modo. Quod si prius praedictum Generosum Jacobum Swosz Maritum
quam praefatam ipsius Consortem mori et de hac luce decedere contin-
gerit extunc eadem Consors sua bona suprascripta omnia cum omni
eorundem Jure dominio et proprietate ad extrema vitae suae tempo-
ra tenebit habebit et possidebit illisque usufructuar. Post mortem ve-
ro praedictae Consortis bona eadem generaliter omnia ad Successores prae-
dicti Mariti totaliter et plenarie devolventur. Simili quoque
modo si praefatam Generosam Helenam de Chomętow Swoszowa
Coniugem prius quam praedictum Maritum mori et decedere contin-
gerit, extunc idem Generosus Jacobus Swosz Maritus bona
superius expressa generaliter omnia cum omni eiusdem eorum Jure
dominio et proprietate attinentiis et pertinentiis ad eadem bona spectantibus
tenebit habebit et possidebit illisque ad extremum vitae suae peri-
odum usufructuar. Post mortem vero praefati Mariti bona eadem
ad Successores praedictae Consortis sine quovis impedimento et
contradictione Successorum Mariti plenarie devolventur. Ad quam
personaliter ad praemissa omnia recognitione mediante.

Boberskich Cessio.

Comparentes personaliter coram Officio Actisque praesentibus Castren. Capit.
Premislien. Nobiles Jacobus Helias et Ioannes Boberskie fratres
inter se germani sani mentibus et corporibus existentes a Terris

dictis

dictis ~~[illegible]~~ bus Jurisdictionibusque suis quibusvis propriis et competen[tibus]
videlicet Praesenti vero Castrensi Capitaneali Premysliensi Jurisdictioni
se cum Successoribus ac bonis suis generaliter omnibus quoad actum
praesentem altius totaliter et plenarie subjicientes atque incorporantes
palam pure libere ac per expressum recognoverunt et quilibet
eorum suo pro interesse recognovit. Quia ipse inhaerendo Literis Con-
sensus Sibi Recognoscentibus per Sacram Regiam Majestatem ad Cedendum
de iure infrascripto gratiose collatis manu eiusdem Sacrae Regiae Mtis
propria subscriptis et Sigillo Minori Cancellariae Regni obsignatis
Quarum tenor est talis. Joannes Casimirus Dei gratia Rex Po-
loniae Magnus Dux Lithuaniae Russiae Prussiae Masoviae Samo-
gitiae Livoniae Smolensciae Czerniechoviaeque necnon Suecorum Gottorum
Vandalorumque haereditarius Rex. Significamus praesentibus Literis
nostris quorum interest universis et singulis consensisse nos et permi-
sisse consentireque et permittere praesentibus Literis nostris Nobilibus fa-
[illegible] Eliae et Joanni Bobersky ut possint et valeant de omni
et integro iure suo Advocatiae quod ipsis super medietatem Advocatiae
seu Sculteti in Villa Lopuszanka Olchowa in Capitaneatu Sambori-
ensi iacentis servit et competit cedere, illudque in personam Nobilium Ja-
ni et Hrinii Bobersky filiorum Joannis Bobersky plenarie trans-
ferre et transfundere. Quae quidem Cessio iurisque Transfusio po-
steaquam coram Actis quibusvis Regni Authenticis facta et re-
cognita fuerit, nos eam ratam et gratam habituri sumus utica-
quae praevio Consensu nostro peragetur. Vigore cuius Cessionis ac
praesentis Consensus nostri Memorati Nobiles Bobersky dictam Me-
dietatem Advocatiae seu Sculteti cum omnibus agris, pratis, cam-
pis, sylvis, piscinis, stagnis, Molendinis, tabernis, Incolis
eorumque attinentiis et pertinentiis universis eo ac [illegible] [illegible]
quilibet eorum pro parte et interesse suo tenebant, habebunt
et possidebunt ad extrema vitae suae tempora. Promittentes pro no-
bis et Serenissimis Successoribus nostris, ne eosdem Nobiles Serenissimi

Successo

Successores nostros dictos Nobiles Bobewskie ab usu et pacifica possessione
removiatis mediantibus Advocatiis cuiusque omnium et singulorum
alienationum amovendi neque amonendi cuipiam potestatem daturos
Sed salvum et integrum ius Advocatiale cuilibet eorum pro sorte et
interesse suo conservaturos, quod et Serenissimi Successores nostri
praestabunt Iuribus nostris Regalibus Reipublicae Ceterisque Catho-
licae Salvis. In cuius rei fidem praesentes manu nostra subscriptas
Sigillo Regni communiri iussimus. Datum Varsaviae die XXII
Mensis Februarii Anno Domini MDCLI. Regnorum nostrorum
Poloniae et Sueciae II anno. K. Przemowski Regens
Cancellariae. Joannes Casimirus Rex. de omni et integro
Iure suo supradicto Advocatiae, quod illis Requirentibus super
medietatem Advocatiae seu Scultetiae in Villa Lopuszanka
Archniowa in Capitaneatu Sanboriensi servit et competit. Cum
omnibus eiusdem Medietatis Advocatiae iure dominio et proprietate
omnibusque agris, pratis, campis, campis, sylvis, pascuis,
stagnis, molendinis, tabernis Subditis, censibus alterius et
pertinentiis ad eiusmodi eo spectantibus nihil ex praemissis iuribus dominii
proprietatibus ac eminentibus competentiis et praerogativis pro se Re-
quirentibus cuiusque successoribus aut propinquis alio reservando sed ex
ipsorum primum praefata bona ipsimet Requirentes tenuerunt
et possidebant, Iam exnunc et de facto Nobilibus Janno
et Jerzymo Boberskiem filiis Nobilis Jerzimi Bobewski Fra-
tribus germanis Cesserunt et condescendunt, omne et integrum
Ius suum illis ad praemissa serviens in personam praefatorum Bober-
skie Fratrum totaliter et plenarie transtulerunt, transfuderunt
et incorporarunt In eademque bona possessionem condescendunt iam ex
nunc et de facto iidem Requirentes supradictis Cessionariis
dictis coram officio praesenti dant et admittunt realem intromissionem

Cuius

~~1624~~ 1646

ac actualem pacificamque possessionem per Admodum quemcumque compet[...]

et Illis duos de quaviis voluerint offerre acceptanda. Per ipso[s]

Cessionarios diros bonaque praedicta cessa cum omni comodo usufructu

tenendi habendi et possidendi illosque quiete et pacifice usufruendi et ad

usus suos convertendi. Quare praesentes cognatis cum omnia habuerit in

se complecti praesentesque cessio et transfusio vigore. Post quam

Literarum ingrossanda originale praesentium literarum eisdem Rdo

quo ipsis ut extraditum est.

Eorundem Cessio

Coram officio et Actis praesentibus Castrensibus Capitaneal[ibus] Premi[sli]

ensibus personaliter comparentes Nobiles Jachno Elias et Iwan

Doberskie fratres inter se germani sani mentibus et corporibus

existentes a Terris et Actis quibus, Jurisdictionibusque sub quibus

ius proprium comparere videntur Praesenti vero Castrensi Capita[neali]

Premisliensi Jurisdictioni se cum Successoribus ac bonis suis generaliter

omnibus quoad actum hunc attinet totaliter et plenarie incorporando

atque subjiciendo palam publice libere ac per expressum recognoverunt

et quilibet eorum pro interesse suo recognovit. Quia ipsi inserendas

Literis continentiam Actis Recognitionibus per Sacram Regiam Maiestatem ad eosdem

data de mere infrascriptis gratiose collatis manu eiusdem Sacrae Regiae

Maiestatis propria subscriptis et Sigillo Minori Cancellariae Regni com[mu]

nitis, quarum tenor est talis. Joannes Casimirus Dei gratia Rex

Poloniae Magnus Dux Lithuaniae Russiae Prussiae Masoviae Samogi[tiae]

et Livoniae Smolensciae Czernichoviaeque necnon Suecorum Gottorum Vandal[o]

rumque haereditarius Rex. Significamus praesentibus Literis nostris quorum inter[-]

est universis et singulis. Consentimus Nos et permissimus consentimusque

et permittimus praesentibus Literis nostris Nobilibus Jachnoni, Eliae, et Iwan

Doberskie ut possint et valeant de omni et integro iure suo

Advitali quod ipsis super unum Laneum agri dictum Poharzenski in